



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita P. Balthassaris Alvarez, Societatis Iesv Religiosi

Puente, Luis de la

Coloniae Agrippinae, 1616

Cap. XXXVIII. Hoc tempore profectus est Burgos, ac duabus personis suis cognatis modum quendam vitæ valde ordinatum tradidit

urn:nbn:de:hbz:466:1-43347

CAPVT XXXVIII.

HOC TEMPORE PROPECTVS
 est Burgos ac duabus personis suis co-
 gnatis modum quendam vi-
 ta valde ordinatum
 tradidit.



a 1. Reg. 15.
 22.

VAMVIS P. Balthassar adeo
 mortificatum haberet affe-
 ctum ad suos cognatos, vt
 nullo pretextu vellet illos ac-
 cedere, vt supra est dictum
 pluris tamen faciebat a Ob-
 dientiam, quam victimam (vt
 ait Scriptura): obediendo enim mortificabat
 sacrificabat proprium iudicium & voluntatem,
 quod Sacrificium magis Deo placet, quam morti-
 ficatio non visitandi cognatos sponte assumpta,
 cum Superiores iustas ob causas iubent contrari-
 fieri. Quare hoc ipso tempore iussus ab Obedia-
 tia profectus est Burgos, petente id Doctore D.
 Ioanne Diecz-Moralio Salcedio, Archidiacono,
 Larano, & Canonico sanctæ illius Ecclesie, ac
 Censore siue Pro-Episcope, Cardinalis Patrici-
 us Archiepiscopi, & postea Inquisitore Vallis-
 Oleti, qui habebat apud se D. Eduigam Aluarum
 eiusdem P. Balthassaris sororem, viduam, que fue-
 rat vxor Fratris ipsius D. Ioannis, & alteram so-
 rorem suam D. Elisabetham Salcediam, veramque
 exemplaris virtutis, valdeque exercitatus in

Oratione, & poenitentia; quas P. Balthassar seriò constituit iuuare, vt in Oratione & familiaritate cum Deo, reliquisque virtutibus perficerentur. Ne autem quæ illis tunc dicebat obliuioni traderent, scriptum reliquit ordinem, ac occupationum totius diei distributionem adeò spiritualement, & piam, eiusque qualitatibus personis accommodatam, vt operæ precium existimauerim scriptum illud hic inferere, vt similes aliæ eodem vti possint, & Confessarij ipsi intelligant, qua ratione sint dirigendæ, quæ cupiunt esse perfectæ.

Vt autem, quæ hic præscribentur, melius intelligantur, supponendum est: P. Balthassarem (vt cap. 14. supra est dictum) omnibus, quos circa Orationem instruebat, post peractas Meditationes de peccatis, & quatuor Nouissimis, consueuisse consulere, vt verò se traderent meditationi mysteriorum Dominicæ passionis, ob ingentes fructus ex eis provenientes, ad feruentius perfectiusque exercendum dolorem peccatorum, sui ipsorum, mortificationem, amorem Dei, & proximorum virtutesque omnes excellentius acquirendas. in quem finem eis inculcabat: ne existimetis, vos aliquid fecisse, donec Christum crucifixum in corde vestro gestetis, (vt in eodem loco supra fuit significatum) per continuam memoriam, cognitionem, amorem, & imitationem supremi huius Redemptoris; & virtutum heroicarum, quas in ipsa cruce exercuit. His præmissis, ordo orandi, vitamque instituendi, quem ipse illis præscripsit, sic habet.

STATIM atque euigilaues, reuoca in memoriam mysterium, tunc meditandum: ne aliæ cogitationes

Ff

tationes

,, tationes præueniant, & cor effundant, & in Ora-
 ,, tione distrahant. Ingressa locum Orationis asper-
 ,, geste aqua benedicta, vertesque arenarium horo-
 ,, logium in signum horæ futuræ Orationis; & vno,
 ,, vel gemino passu, antequam genu flectas, subfi-
 ,, stes paulisper, cogitans, ad quem sis accessura, vt
 ,, cum eo agas; & mox inclinato capite, in testimo-
 ,, nium reuerentiæ interioris ad maiestatem illam
 ,, diuinam, flexisque genibus gratiam petes, vt co-
 ,, gitationes tuas, verba, & opera ad eius diuinum
 ,, obsequium dirigere dignetur: interim perpendes,
 ,, quàm debeat, creaturam, vt rectè agat, totam a suo
 ,, Creatore dependere, sine quo, & eius auxilio, ni-
 ,, hil boni possit; nec vel vnicam quidem cogitatio-
 ,, nem bonam etiam minimam habere.
 ,, **P O S T E A** ita mysterio meditationis te præ-
 ,, sentem facies, quasi in ipso Oratorio, & ante o-
 ,, culos tuos illud gereretur: cumque vt plurimum
 ,, Meditationis argumentum futurum sit de myste-
 ,, rijs Passionis, hæc erit ratio seruanda, vt primum
 ,, ipsum Dominum ores, vt qui te suorum merito-
 ,, rum fructusque suorum cruciatuum participem
 ,, facit: communicet etiam sanctas cogitationes, &
 ,, sensa sua, vt de eius mysterijs rectè cogites, &
 ,, sentias, prout ipsi magis placebit, tibi que erit vir-
 ,, tuosius. *Primum* igitur cogita, quis ille sit, qui pati-
 ,, tur: quod scilicet sit Deus. *Deinde*, quid patiarer:
 ,, idque non tam mentis ratiocinatione confide-
 ,, rans, quàm oculorum mentis aspectu videns, qua-
 ,, les contemptus, opprobria, cruciatusque susti-
 ,, neat. *Tertio* eius patientiam in cruciatibus susti-
 ,, nendis aspicias; humilitatē in contemptibus; cha-
 ,, ritatem in odio, & inuidia hostiū suorū toleratam:

& ob-

& obstupescens, quod sic tractetur, interroga: in-
 finita Maiestatis Domine, quis timor, quodue cō-
 modū facit te talia pati? & mox animā occurret
 interior responsio: nec timor, quia sum Omnipō-
 tens; nec lucrū aut commodū, cum sim Deus, nec
 villo indigeā extra me; sed amor solus, quo te pro-
 sequor: Et in hoc verbo AMORIS cū magno sensu
 subsistes, donec anima sentiat, se propēsam & ob-
 strictam ad ostendēdam Deo suo amorem eadem
 via, qua ipse suū ostendit: sustinendo scilicet, de-
 fertiones, contemptus, aliorum ingenia, & mores
 tuis contrarios; fel & alia, quę tibi displicēt. Nam
 ad medirandū vtiliter, vtriq; attendendū est: con-
 siderationi scilicet mysteriorū, & propriorū mo-
 rū reformationi: cogitādo, quid poteris sustinere,
 q̄ aliquo modo respondeat ijs, quę sustinuit ipse
 Christus: excelsior. n. orādi & proficiēdi scientia,
 plus in eo cōsistit; vt benē aliquid sustineas teque
 humiliter: quā quod cōsolationes & solatia sētias.
 IN pręcipuis festis haberi poterit de ipsorū my-
 sterijs oratio: quod si fuerit dies cōmunionis prę-
 mittitur oratio de sanctissimo Sacramēto; vesperi
 autem, aut post gratiarum actionē, de ipsis festis.
 IN ariditate, obscuritate, aut cordis duritie,
 & in quocunq; alio interno impedimēto, cogita,
 tua peccata ibi se inserere: quę si non agnoueris
 ex ea parte, qua Deum offenderunt: agnosce ex
 duritie, & impedimento, quod tibi reliquerunt;
 humiliare, dicasq; Deo: hęc, Domine, meę semē-
 tis est messis, hic pręteritorū meorū annorū fru-
 ctus: siquidē impedimētū hoc à peccatis meis pro-
 cedit, quibus te irritavi; q̄ neq; tu mihi fuisti pro-
 merit: neq; ego tibi debui. Doleo, ac pœnitet me:

ff 2 & vel-

„ & vellem lacrymas, sensumque eorum habere,
 „ qui tibi maximè placuerunt; sed qua parte poena
 „ est, & punitio eorum, à te ita constituta, gaudeo
 „ ego: vt qui talia fecit, ita illa luat. Perdure res,
 „ quàm diutibi placuerit, etiam per totam vitam,
 „ quæ extendatur, ad mille annos. Et quoniam Deus
 „ in suis est creaturis, illis in suis locis manentibus,
 „ si te noueris benè humiliare, poenamque, quam
 „ ipse mittit, libenter suscipere: magnam sententiam
 „ quietem, & solatium. Quod si voti fies compos,
 „ perges, quà te Deus deducet; sin minus hanc hu-
 „ miliationis & fiducia viam tenebis, quæ tutissi-
 „ ma est.

„ **QVOTIDIE** quadrantem minimum horæ, le-
 „ ctioni tribues spiritali libelli de imitatione
 „ Christi, aut pij alterius; per quadrantem item in-
 „ tequam incumbas, conscientia tua examen in-
 „ tuës; præscribas tibi certum tempus incumbendi,
 „ & surgendi; imminuendo vespertinas occupa-
 „ tiones, quò te recipias tempestiue. Octauo quo-
 „ que die confitearis & communica; & aliquando
 „ etiam intra septimanam cum approbatione tua
 „ Confessarij: cuius iudicium tam in hoc quàm alijs
 „ quotidianis poenitentijs sequeris; & præferas
 „ cuicumque alteri deuotioni, aut feueritati pro-
 „ pria tua voluntate assumptæ: sic enim Deo magis
 „ placebis, tutiusque progredieris; scribesque mihi
 „ singulis mensibus, quomodo in his tibi succedat
 „ primùm de sanitate; deinde de interna tua recol-
 „ lectione; tertio de lectione; quarto, de confessione,
 „ & communione; quinto, an aliquam habes
 „ calamitatem aut molestiam, quæ te exerceat; aut
 „ recens beneficium, & solatium, quod extimulet.

HANC

HANC viuendi formam reliquit Sorori, & eius sociæ, non solum scriptam, sed animabus etiã impressam: tanto enim spiritus feruore eas alloquebatur; vt, quamdiu eum audiebant, lacrymas semper funderent ex deuotionis igne, quem intus sentiebant, allocutus sum ego aliquoties Inquisitoris sororem, quæ diu in hac ciuitate mansit, & aduerti, plurimum eam in virtute profecisse. Fuit singularis in magnis poenitentijs ciliciorum, flagellationum, & ieiuniorum, quatuor diebus in septimana & sæpe in pane & aqua; nunquam in lecto iacebat, & integras sæpe noctes transigebat in oratione. Nihil in libro S. Catharinæ Senensis, cui valde erat addicta, legebat, quod attineret ad poenitentiam & asperitatem, quod ipsa non vellet executioni mandare. Vndecim annos ante mortem obstrinxerat se voto gestandi ferream catenam corpori accinctam, die, noctuq;. Et cum ex continua eius gestatione vlcus quoddam fuisset factum, balsamo sibi medebatur: & quamuis morbus, ex quo obiit, quatuor mensibus durauerit: nunquam tamen catenam deposuit, nisi biduo ante mortem: ne, cum ferali amictu induenda esset, aduerneretur illam habuisse. Admirabilem ostendit in prolixo illo morbo patientiam, & per multos annos in dentium doloribus: ita vt nullus de his doloribus, aut quod aliquid sibi deesset conquerentem audiret; sed semper vultum serenum, læcumque ostenderet; vtpote, quæ semper esset, quasi in oratione. Et sic tandem vitam suam sanctè finiuit, præmiumque obtinuit, quod pia Sancti P. Balthasaris monita fuisset secuta.